



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Quam parum sibi tribueret.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

Vicarius Generalis Societatem post Ignatij finem  
 regebat, indicat sese. Equidem cum perexiguam  
 facultatem cognoscam, & magnam infirmita- <sup>Quam paritè</sup>  
 rem, atq; imperitiam meam, vellem quocunque <sup>sibi tribueret.</sup>  
 modo effugere hinc, & potius mendicare in In-  
 dia, quàm tot inuolui periculosissimis tricis, in  
 quibus æterna sæpe subitur infamia, & sedis Apo-  
 stolicæ iura læduntur. Sed loquetur in me Domi-  
 nus Deus per seruū suum, & superiorem meum.  
 Audiam illum, & non trepidabit cor meum, e-  
 tiam si consistant aduersum me castra: quoniam <sup>Obedientia</sup>  
 in Obedientia spes, & fortitudo mea: nec eligam <sup>in signis.</sup>  
 in domo Dei esse aliud, quam iumentum apud  
 te omnibus diebus vitæ meæ. Exitus ille fuit, vt,  
 quoniam periculum in mora erat, nec alia inue-  
 niri ratio conciliandi, & componendi tam fœ-  
 dum, & graue diffidium in religione poterat: nō  
 per Concilium generale, quod multos iam an-  
 nos pendebat: non per synodum nationis, quæ  
 nouas magis turbas exciret, quam veteres amo-  
 ueret; neque per consilia Principum, quia religio-  
 nis causa communis est, & à Laicis periculose tra-  
 ctatur, nouum de integro Colloquium fieret: in  
 quo lecti vtrinq; Theologi congregarentur. Lo-